

DICASCALIA PRIMA.

Insignis gratie sublimitas, in matrimonio virginalis castitas.

Uo in natura prodigia refert Plinius; quæ quidem spectabiliora, quia contraria: igitur signat aquam, ex qua ignis; & ignem foventem viriditatem amantissimam arboris. Videtur, lib. 2. cap. 107. & Maiol. Tom. 1. Colloq. 13. Clarent, prout anguror, symbola fomitis corrubtilibus nostræ conditionis, & excellentiæ singularis puritatis: equidem si ex corruptione naturæ, etiam in fragiditate ætatis, ignis exoritur concupiscentia; mirabile prorsum, quòd in medio æstantis ignis, vireat & frondeat arbor illibatæ castitatis. Status matrimonij est ut Nymphæum: Locus sacer

(iuxta Plutarch. in Silla) qui ex viridi herba & pratibus ignis perennis sparsim emittit. Alia videtur, Tom. 3. l. 4. à n. 7. In aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valet: etenim coniuges etiam consula: et anori, tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Sævit (ut ait Lucret. 5. de Rer. natur. v. 1072.) Florenti etate calcarius iustus amoris, Et cum sit aliis concussis artubus, binnit.

En fons exicans ignem, ob carnis fragilitatem, quod non novum. Contrarium erit in matrimonio, igne elicit, prodigium: quandoquidem magnum, quòd floreat in carne cordis & corporis puritas, inter effrenis cupidinis flammæ. Mitum, si floreat, quo arefcemirum si viret, ubi pulchritudo languet: si nitidè clareat, ubi formæ decus matris reverentia pensat. Commertia profectò casta, virtute coniuncta: sed singulare miraculum; quòd maiore virtute (quamvis castum utrique) nec sit commercium.

Ignara puella mariti. 2. Quæ est ista Sunamitis (inquit Hieronym. Epist. 2.) uxor & virgo, tam fervens, ut frigidum calefaceret; tam sancta, ut calentem ad libidinem non provocaret: Quæ est ista? Cunegundis, virgo, atque telluris gloria; ab Henrico Imperatore in uxorem ducta; quam post contractum matrimonium; virginem (cum illo cubantem) moriens reliquit, sicut intactam accepit. Qualem mihi assignastis (dixit Imperij Procuribus) talem reddo. Virginem dedistis, virginem reddo. Et in matrimonio! & eodem in lectulo! Nullus amor tali coniunxit fœdere amantes: Nulla domus tales unquam contexit amores.

Plin. Virginitas vel inter fœdus maritaret.

Plutarc.

Lucret.

Virginitas in conjugio, est puritatis perfectio.

Horat. 2. Epist. 1. v. 113

Hieron. Cunegundis candor.

Sorius & Zach. Lipeloo in eius Vit.

Carull.

Appositius dicemus, quam Catullus de Nuptijs Polii & Thetidis, Carm. 65. v. 334. Quid sanè Angelicum, in coniugio non coniugium; & quòd se vincentes, se abnegantes, amor Dei sublimior separet, quos Deus coniunxit. Ancilla ingressa cubicalium, reperit eos sacros & incolumes, secum pariter dormientes. Nonne Angelicum? Cælo utriusque spectaculum, quòd Cunegundis sponsum traditum in maritum; videret tantum sponsum; & quòd coniuges eodem in toro dormirent, quasi coniuges non essent. Dicit sponsum sponse cubanti; Sara exurge & deprecemur Deum. Cui orans proclit: Nunc Domine, tu scis, quia non luxuria causa accipio sororem meam coniugem. Abs est profectò luxuria, ubi carnis quasi extracarnem singularis continentia: igitur cum coniuge eodem in thalamo dormit, quasi in uxore solum sonorem habere. Exponam seq. Didasc. n. 3. Non in eodem lectulo, iuxta Dionys. Carthusian. neque nudos, iuxta Serarium hic, questuone. 21. illos ancillula invenit. Contrarium iuxta litteram placet. Sanctius hic n. 2. ambigue periodum exponit: Dormierunt pariter: id est, uterque eodem tempore, non eodem loco: aut si in eodem thalamo, non tamen in complexu mutuo. Vim ampliore habet clausula: Secum, pariter, ut pateat dormitio eodem in generali toro; at spectaculum plusquam humanam, post contractum secum pariter coniugium: igitur præ amore cœlesti, ita vigilia carnis ignis; ut secum pariter dormirent coniuges, quasi essent fratres.

V. 4. 89. Coniugium eodem in toro virginali societate, candoris summitate. Sanctos.

Vivite devoto nuptique virque toro. 3. Innunt AA. super citati. Virginitatis custodem invenit, atque Angelicam in terris vitam agere proposuit. Virginitas itaque portio vocatur Angelica, quippe in ipso humano corpore superior vita: præter fomitem domesticum, nullam habet inimicum: habet autem dirum hostem, matrimonium: trophæumque est virginitatis, tutò vivere inter hostes; quippequam maior puritatis claritas, si liliolum florescit inter spinas. Maior virginitatis gratia, si utriusque proxima rosa. Audiat omnis ætas (inquit Augustin. de Tempor. ferm. 10.) quòd nunquam audivit. Virgo partu suo nuptis: virginitatem, dum pareret, duplicavit. Partus namque virginitatis hostis: in quo quidem maior

Ovid. Epist. 6. v. 164.

Caat. 24. 21. August.

U n d e maior tunc castitatis splendor!

Tob. 8. 15.

V. 4. 89.

Coniugium eodem in toro virginali societate, candoris summitate. Sanctos.

Ovid. Epist. 6. v. 164.

Caat. 24. 21. August.

U n d e maior tunc castitatis splendor!

Cur Cunegundis liliolum plantatur inter spinas?

Ovid 7. Metam. fabul. 1.

Sapient. 16. 22. & 23.

Ignis ardens in pacem & flammam in ignem.

Ravil. in Maria.

Oven. 2. Epist. gr. 26.

ior splendor virginitatis; quippequam affluxit Virginitatis integritatem, qui imponit per effectum puritatis corruptionem. Unde illud, nescio cuius. Partus & virginitas discordes tempore longo,

Virginitas in gremio fœdera præis habent. Fructus destruit florem, connubium propter fructum floridam virginitatem: estque summa claritas, quam mirari debet ætas; quòd in matrimonio rutilat, quæ in matrimonio defloret: igitur dono cœlesti invenit flores rosarum, quæ sunt spinæ liliorum; videns candoris hyperaspitem, quem propter discrimen conceperat tamquam hostem. Pretiosus candor in celibatu nitescit: maius opus in admirationem superest, dum matrimonio subiicitur, quòd alienæ potestati mancipatur. Maius opus est, si non sui iuris, sui maneat traditum ius; agatque vitam Angelicam, necens cum inimico concordiam; equidem elucet singularis dignum admirationis, quòd hostem candor aspiciat eundem virginitatis.

Quo coniuge felix, Et Dijs chara fertur, & vertice sidera tangit.

Inter insignia prodigia à Numine in Ægypto patrata, ait Sapiens: Nix & glaciæ sustinebat vim ignis & non tabescebat. Hic autem, ut nutritur iusti, etiam sua virtutis oblitus est. Speculum est huiusmodi prodigium Henrici & Cunegundis unâ cubantium. Matrimonium fomes est ignis concupiscentiæ, qua in prolem ardet conditio innata naturæ. Inest concupiscentia, ubi humana portio: etiam venerabili connubio, atque toro immaculato: sed uterque sustinebat vim ignis, & non tabescebat, neque liliorum candor inter spinas peribat: etenim in concupiscentiæ naturalis ignem, corpora thalami puritas formabat nivem aut glaciem. Nutriebantur iusti integritatis candore. Unde cum supra naturam conditionem subegissent carnis; ipsimet concupiscentiæ ignis oblitus est conditionis.

Vidi ignes gelidos. Quod implicat, coniugatorum horum sanctitatem explicat, mortificationem carnis, & ignem cœlestis amoris: siquidem concupiscentiæ motus inveniebat glaciem, quem conceperat ut ignem. Si amor ignis, erant superior cœlestis. Ardebat cor, ignis in igne non fuit. Terreni sopitus furor, quippe respectu pectoris, — Frigidus ignis amor.

Fontes sanè videntur diversæ proprietatis in aquis; sed miretilior, qui opponit conditionis: quandoquidem tunc, & eadem causa contrariis effectus. In Epist. (ait Augustin. 21. Quæst. cap. 5.) esse fontem, in quo faces ut in ceteris extinguntur accensæ; sed non ut in ceteris, accensum extinguit. Idem Mela, lib. 2. cap. 3. Plin. 2. cap. 103. Solin. cap. 12. Idolor. Origin. lib. 13. cap. 13. Maiol. d. ex quibus nos Tom. 6. l. 9. m. 27. & T. 10. D. 4. m. 11. Hinc sæpe lemmata: Quo extinguitur ardet: quo ardet extinguitur. Iuxta conditiones contrahentium, signat huiusmodi fons conciliatum matrimonium: concupiscentia intendenti in prolem; quo extinguitur, ardet: observantium castitatem, quo ardet, extinguitur: ignis enim propter virtutem pectoris oblitiscitur virtutis. In illis faces: fomite concupiscentiæ accendantur extinctæ. In his autem consulentibus vel in coniugio studiosè virginitatis candori, nobilior flammâ ipsomet foco extinguntur accensa.

Perire cupidinis arcus, Contemptæque iacent, & sine luce facer.

Occurrit cogitationi, quare si Deus potuit per se in fornace Nabuehi ignis sopire flammam; ubi nihil Angelicam potentem intelligentiæ? Angelus Domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis; & non sensit eos omnino ignis. Alè meditarum, uti symbolum observantium castimoniam, in terra matrimonij incendium: cum gratia cœlesti in carne sint extra carnem: Angeli Numen demonstravit speciem: igitur Angelica specimen pura naturæ: in igne esse & ab igne non tangi. Superior in conditione carnis nitet conditio, in eodem iacere thalamo; & esse ut Angeli Dei in casto. Ibi nec nubent neque nubentur. Hic Cunegundis nubit, Henricus duens, matrimonium contrahit. Miraculum est: qui nubunt, quasi non nubentes sunt; extra ordinem conditionis, connubio virginitatis: etenim homines plus quam homines in misero mundo existunt, sicut Angeli in caelo, qui non nubunt, nec nubentur. An plus? Semper Angelis cognata virginitas (inist Sophronius in Marie Assumpt.) profectò in carne præter carnem vivere; non terrena vita est, sed cœlestis. Unde in carne Angelicam vitam acquirere; maius est meritum, quam habere. Esse enim Angelum, felicitatis est, esse vero virginem, virtutis. Vide dicta, loc. cit. T. 6. D. 3. à n. 3. Causam indicat Augustin. 3. de Doctrin. Christian. cap. 18.

Non

Fmi Epist. August.

Ignis per floridam dicitur extinguitur, quo ardet, & extinguitur.

Ovid 2. Remedia v. 139.

Dan. 3. 49.

Angelica coalitio, in igne esse, & ab igne non tangi.

Saphro. Cur in homini bus puritatis commendabilior, quàm in Angelis?

Augu.

Non enim est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas. Naturam sane exprimit sublimiorem, ubi fragilitas ipsa potentem superat cupiditatem: & vivunt coniuges in vinculo carnis, quasi non essent coniuges. Qui habent uxores (& hz viros) dum castitatis flammivomæ facibus ardescit cor; quasi non habentes sunt: equidem vel fomite corporis, non tetigit eos ignis.

6 In rem floridè Hieronym. Epist. 29. Ille & victor te aspicit de excelso, & favet laboranti, & iuxta se locum præparat, eodem amore & eadem charitate, qua oblitus es officij coniugalis. In terra quoque sororem te habere cuperat, imò tu illum fratrem; quia casta coniunctio sexum non habet nuptiale: & si adbus in carne, non est masculus & femina; sed sicut Angeli in cælis. Quando dicit Dominus: Non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli in cælis; non natura & substantia corporum tollitur, sed gloria magnitudo monstratur. Nec enim erunt Angeli, sed sicut Angeli. Ubi similitudo promittitur, veritas denegatur. Erunt sicut Angeli, idest, similes Angelorum. Homines esse non desinent: inlyti quidem & Angelico splendore decorati; sed tamen homines. Hæcine quidem conditio maior splendor; quippe in hominibus plus quam hominum honor: etenim obsequitur corporis purissimi claritati, quod relucet in Angelis sine corpore: pluri profectò, vitam Angelicam acquirere, quam habere. Ex huiusmodi fonte superior corporis claritas, quia in carne puritatem. Per Christum reformatum corpus nostrum, configuratum corpori claritatis sue. Alè prorsum, Secundum operationem, qua etiam possit subijcere sibi omnia: & non dicitur à Paulo claritas corporis, qua corpus gloriosum, sed corpus claritatis, corruptibile & carneum; quia corporis claritas summa, esse incorruptum, quasi esset in gloria. Videtur singulariter in mundo, quod Angelorum character in celo. Hinc fumma laus Baptiste, quod esset Homo. Angelus plauditur, dum homo cunctis ostenditur, in stuporem mundi: igitur insignis homo Angelica conditio; acquirens in carne per collatam cælitus gratiam, in inferiore cælestem ac superiorem naturam. Uxoris nomen dignitatis est, non voluptatis: dixit Aelius Verus, apud Erasim. lib. 6. Apophth. n. 1. Re prestiterit Imperator Henricus, quod Aelius Imperator verbo tenus: habuit enim uxorem Cunegundem in throni singularem honorem,

Hieron. Math. 21. 30.

Claritas inveni tur in carne, qua in Angeli sine corpore.

Philipp. 3. 21.

Iozn. 1. 6.

Math. 11. 10.

Erasim.

haudquaquam in privaram voluptatem. O digno notanda viro, tantique per orbem Consors imperij!

Ad votum cuncta superiori gratiâ, quin ulla serperet cogitatio vel in coniugio. Quis Henricus dicere gloriantur, quod ille alius apud Plautum in Curreat. Act. 1. scen. 1. v. 50.

Tam à me pudica est, quasi soror mea sit.

7 Tota Cunegundis cordis commendabilis anxietas, illibata toties Namini sacra virginitas. Matrimonio invite iungitur, verum voto non frustratur. Secum de se inquit, sed animo quiescit; eam idem iustitiam (retorqueatur Seneca in Hercule. Octavo, à v. 397.)

Consiliat animos coniugum. Habebo? Quis sub hoc mundo mihi Dabitur maritus? Ipse qui imperat. Præclara voti gentibus coniux eram, Thalamosque nostros invidio fato nurus Optabat omnis; quo nimis quisque Deos Orabat ullos. Omnibus sui mensura voti. Etenim in connubio elegit virginitatis dulcedinem, voluptatis aversam amaritudinem. In matrimonio, ut ait Claudian, quò dudum, à v. 69.

Labuntur gemini fontes: hic dulcis, amarus Alter, & insusisti corrumpunt mella venenis; Unde Cupidines armavit fama sagittas. Fugit à facie arcus, additum virginitati etiam in coniugio nobile pectus: equidem vel inter sagittas in statu amaritudinis, summam invenit dulcedinem; quippe discriminè obvio numquam vidit corruptionem, nec venena sensit intemerata, quò ex melle surgunt venena: florentem immaculatâ corporis integritate, quoniam inter spinas floruit decus honoris sine læginitatis candorem; in vita custodem, in sione: etenim marito Henrico credens, in morte invenerat testem. Profectò magnum, in periculo ipso non videre periculum. Cunegundis est adinstar Cycni in illecebrarum aqua; vel in pelago, procellosè commoto, nec tangit gutta. Est fons in medio maris (de quo Causiô. lib. 1. Symbol. 35. & Maiol. ubi supr.) quod utique singulare non esset; ni in acerbitate amaritudinis dulcedinem conservasset. Est pretiosa margarita in carnis fragili concha: concipitur & est in mari, sed corpus de rore cæli. Cæli ei maiorem societatem esse, quam maris; ait Plin. lib. 9. cap. 35. Pretiosa concha est: alia conchilia haud producant margaritas: harumque celebrat pretiositas; quoniam margaritis plus

Claudii in Nupt. Honor & Mariæ. v. 176.

Plaut.

Senec.

Claudii

Cunegundis inveni tur in carne, qua in Angeli sine corpore.

Quæsimiliti: sp. no. f. in ma. ri, & margari. ritæ.

Plin.

Cur margarita pretiosissimas

Math. 13. 46.

Syt.

plus honoris, sine honore genitricis.

8 Quid mirum, si celo confertur ob puritate? Terra uti cælum vel in coniugio renuit peregrinam impressionem. Ironice inquit Plinius, ibidem, margaritas dici Uniones, quia nunquam similes nec candore, nec pondere, nec magnitudine. Quod negatur in physicis, obijcitur oculis ratione virginitatis: equidem in Henrico & Cunegunde similis videtur candor, cum carnis pondere, & imperij magnitudine; vel in unione sacrosancta matrimonij. Querit negotiator cælestis bonas margaritas: querit pretiosas. Inventa una pretiosa, ducit pro nihilo cuncta; quoniam habet quod quaerit. At dum in huiusmodi gemmis videt pretiosum; est in pretio gemmarum pretiosum maius pretium. Quapropter Syrus: Inventa pretiosissima pretiosissimi pretij; vadit pleno pectore lætitiâ, quia non plus ultra. Quid & quodnam discrimen inter bonas margaritas, pretiosas & pretiosissimas? Iuxta statum hominum, margaritarum exponitur symbolum. Sunt margarita bonæ in matrimonio, sunt pretiosæ in celibatu, propter spectabilem honore virginitatis, indeptum gratiâ in conditione corporis; quapropter ad castitatis pretium, fugiunt matrimonij statum. Est aliquid pretiosius (quippe periculum maius) cum gemma illibata virginitatis servatur, quò propter bonum proliis mutua dilectione amittitur: tuncque puritas plauditur singularissima gratiâ, inter pretiosas margaritas pretiosissima; quippe quam inter pretia, summi pretij in ipso matrimonio virginitatem servare. Primus status, bonus; secundus melior; tertius optimus. Iuxta mensuram gratiæ, dantur gradus excellentiæ; præstantque fidi vincula connubij. Elucet uti mirabile, ubi nec vir nec femina, quum invenitur uterque: calcatæque fragili, flexibili conditione, præfens abest

Mantiu

Math. 25. 1.

Languida deserto coniux formosa cubili. 9 Ex ipso Evangelij tramite constat in Cunegunde pretiositas excellentiæ. Decem virginibus confertur regnum celorum, obsequentibus solemnitate nuptiarum. Exterunt obviam sponso & sponse. Si sponsa virgo est, & decem virginis sunt; quo intuitu signatur ut unica, quæ virginitatis dote fulgeret sola? Erat virgo, sed coniugata, viri in matrimonio fœ: illaque plauditur ut unica monili virginitatis, quasi alix non essent virginis; ut splenderet puritatis pretiositas super reliquas pretiosas ac divites margaritas: igitur virginitatis spectabilior ac illustrior commendatio; quam virgo vi-

ro viveret conjuncta, quasi non conjuncta viro. Pendet. Cunegundis virgo, ut præmissis, confertur celo. Ut quidam ignatur coniugium, non cælum præferat; sed tantum regnum celorum? Ut excellat castitatis intemerata donum, dum expoatit regnum; isto quidem encomio Cunegundis, ex honore & culmine Imperatrici, sociæ sponsi, inter delicias superioris regni: etenim si commendabile, quòd sine macula viveret intra iugum matrimonij; maioris profectò perfectionis (in candore splendenti castitatis) quòd floretet super Imperij solium, vel comitata viro, purissima sicut cælum. Datis sunt mulieri alæ due aquilæ magnæ, ut volaret in desertum, in locum suum. Dux alæ aquilæ magnæ sunt insignia ac stemmata Imperij: diciturque cum Imperatrix esset in desertum, locum suum; quoniam post factum sanctum Henricus sponsam, volavit pernix in Monasterij desertum. In locum suum antequam occupasset. Ibi vel extra claustra vixit: igitur Cunegundi potius desertum, totius imperij fastigium. Dux alæ. Una matrimonij, qua nullus volatus, vel difficilis: altera virginitatis, qua terrendi in cælum, & cui eius simile cælesti connubium: equidem cum propter difficultatem, castitas coniugum nanciscatur celsitudinem; ut volaret in cælum pernicibus penis, invenit in matrimonio custodiam virginitatis. Duabus alis, quia viro conjuncta, atque virgo immaculata: desertum palatia & aulæ dicuntur, dum tot Imperatricem obsequenter comitantur; quia vixit in folio pura, quasi esset viro deserta, qua viro functa. In capite eius corona stellarum duodecim; propter virginitatis illo in statu auctoratam magnitudinem. Quid quòd amicta Sole, qua sub pedibus habuit Lunâ luxuria? 10 Color purpureæ augulæ ut nimis ruutiler, tingentis manum caltam debet habere: Culpa artificis erit, cui se copia nulla suberaxit (ait Calsiodorus, 1. Variar. Epist. 2.) habere debet corporis purissimam castitatem; quia talium verum secreta refugere dicuntur immunda. Purpura, uti Imperij insigne, nonnumquam fulget; sed cogitatur modus, quo magis præster, ubi sine culpa artificis, colore intingitur illibata castitatis; à qua nobilior exfulgurat & extensor, ut emineat inter pretiosa pretiosior. Pretiosa in signum Imperij purpura: pulchrior, si calla. Unde de Sponso sponsæ immaculatæ dialectus: Dilectus meus candidus & rubicundus: à quo iussa (ut imitaretur præstantiam colorum) se ut signaculum super cot imponi, & insuper super brachium. Rubicundus, cau-

Ibid. Vnde Cunegundis uti unica plauditur inter virginis

Apoc. 17. 14.

Eius ornatus ex insignijs Imperatrici, pretiosus.

Caliod.

Cantic. 5. 10.

Ubi vir-
ginitatis
prein-
ta, am-
pliat ma-
perij ma-
ifesta.

causa purpura, quae tessera imperij. *Candi-
dus*, ratione puritatis, vel post contractum
iugum desponsationis; cuius superiori gra-
tia, coniugari debebant uti sponsus & spon-
sa: haecque sponsum signante candidum &
rubicundum, ab illo illa exponitur illius si-
gnaculum; ut in utroque præcellat & imperij
maiestas, & purpure nimio candore pretio-
sitas: equidem nimis eminet in throno
purpura dominationis; contracto fulgore
ex candore puritatis. Obijcitur speculum
sponsæ & sponsi, Cunegundis & Henrici,
præstante purpurâ Imperij; quoniam ut
ampliozem insibat splendorem, habere
debet corporis purissimam castitatem. Non
solum castitatem, sed purissimam, ut sub-
limiorem ex Imperio & coniugio conno-
tet insignem gratiam. Illorum supereminet
purpura, et quia sine macula & magnoperè
pretiosa. Quia candida, & rubicunda. Ru-
bicunda, causa supremi honoris: candida,
ratione status puritate cœlestis; sese mutuò
respicientibus cherubin, ad singularè porten-
tum, etenim virgineo in matrimonio can-
dore, non solum rutilarunt ex purpura glo-
ria Imperij; sed extremum splendoris, plen-
dore purissimæ castitatis. Ita in folio con-
iugis spectabiles nitent,
Et pretium sancta virginitatis habent.

Pamph.
Sax.

11 In signum coniugij, sponsi & spon-
sæ mutuos innuitur convictus, ac dilectio-
nis etiam in situ singularis modus. Constat
ex Ovidio, qui usquequaque morem re-
gerit.

Ovilis
Met. 10
5. & 2.
Amor. V.
62.

*In gremio iacuit nova nupta mariti.
Adsumt, & gremio iudicis illa sedet.*
Difficilis castitas, ubi huiusmodi maris &
fœminæ comitas; sed vires singularis gratiæ
viribus præstant insolentis naturæ. Hinc,
præter auguror, à Hieronym. Vidas dicitur:
Candida integra virginitas. Virginitas
sanè candida: quorsum *integra*? Non dicitur
integra, quia diminuta; sed quia inter
pericula læsionis illæsa, uti contigit con-
tractu coniugij; quod non usuvenit ab-
solutè devotâ virginitate: in matrimonio
que ostenditur monili decorata integrita-
tis; quippe rutilat eximie plenitudine can-
doris. In gremio Henrici cubat Cunegun-
dis, nova nupta; sed candida & virginitate
integrâ. Haud paveat, qui in se & ex se
periculum pavet. Hoc donum perfectum
desursum est, descendens à Patre luminum.
Palladius idem refert cap. 8. de Amone
Monacho. De Pelagio Episcopo Laodice-
nensi, Theodoret. 4. *Hystor. Eccl.* cap. 12.
subdens: *Nuptiarum die in ipso nuptiali*

Theod.

thalamo. De Homobono, Sarius, die 13.
Novembr. De Maria Oegnesia, Victor, lib.
1. de *Persecut. Usuald.* De Pulcheria, Ni-
cephor. lib. 14. cap. 2. De Etheldreda, An-
gliz Regina; Beda, *Hystor. Eccl.* lib. 4. cap.
20. De Elisabeth, Thom. Cantipratan. lib.
2. *Apum*, cap. 50. dicens: *Cum viro in uno
lecto annum interum degens, virgo tamen
permanst impolluta.* Haud fecis per totam
vitam virgini Cunegundi. Dixerat famulæ
(ut surgere possit ad orationem, si grava-
retur somno) quòd dormientis pedem pul-
saret, ni illa surgeret. Altius solito dormijt.
Ancilla accessit, pro planta sponsæ, sponsi
pedem, pariter dormientis, movit: qui
expergefactus excitavit coniugem unâ cu-
bantem; ut in præordinatam surgeret ora-
tionem. Yepes in *Cunegund. Vis.* Ancillæ
error effecit, quòd Imperator simul in pre-
ces surgeret. Tobiz iunioris patet articu-
lus, qui sponsæ, secum pariter cubanti, di-
xit: *Sara, exurge & deprecemur Deum.*
Cum coniuge in thalamo iacet, & cum illa
ad divinas preces surgit? Non coniugis re-
cordatur, qui amore castitatis vel sui obli-
viscitur. Aptè Tobias: *In his noctibus Deo
iungimur.* Claret speciositas sublimioris
gratiæ, dum se coniugis reliquit propter
coniugium cœlestè: simulque, quam
iuncti Deo, ubi concupiscentiæ cœrenis nec
cogitatio.

Varia
exempla
virginita-
tis coniug-
som.

Thom.
Cantipr.

Tob. 8.
4.

Ibid.
Unde ha
infmodi
plena
gratiæ

12 Occurrit insignis allegoria, ex qua
splendebit ut ex umbra præsens, incluxa
gratia. Scimus Samsonis præcipitem virtu-
tis lapsum, qui signum erit & virtutis en-
comium. Adamavit mulierem, nomine Da-
lilam, specie pulchram, sed turpiter amasio
flagranti ingratam, virtuti insidiantem;
quippe virtus illi crimen. *Ille dormire eum
fecit super genua sua, & in sinu suo reclina-
re caput: vocavitque tonsorem, & rasi se-
ptem crines eius, & cepit abigere eum, &
a se repellere.* Quare Samson non repulit
illam videns vulneratam cesariem; sed illa
tonsum abque capillo Samsonem? Ex his-
toria innotesce vitium, ex allegoria por-
tentum. *Caro autem* (ait Isidor. *qq. in Lu-
dic.* cap. 8.) *quasi in typo mulieris accipitur.*
En nostra mirabilis scena, ex copia gratiæ
stupente naturâ. Capilli, symbola cogita-
tionum, superflua corporis sunt, quorum
nuditate mundum splendescit cor: & in
typo mulieris caro abigit à se tonsam ca-
pillis, in testimonium insigne superioris ca-
stilitatis; dum dormiunt ita ad sensibilia
sensus, ut nullus sentiat motus, capillo-
rum nuditate: quippequam insigne in fra-
gili conditione, luxuriæ illecebris; quòd à

Iud. 16.
19.

Isidor.

Summa
castitatis
p. refecta
ubi citia-
gibus ubi
ing. i. ore
cogitatio
saga

Luxuria
a limbar
ignis.

Cypriana

Accensio
ne sua-
strior red-
dicar.

Calcat ig-
nem ille
sca.

Tob. 8.

Ex Dei
presen-
tia cypri-
nitarum
iugata.

Daniel,
3. 22.

Astentur
i capis.

Crant.

Ovid. d.
lib. 4.
fab. 4.

carne reptantur, rescentur superflue cogitationes. Alexerat caro, ut in sinu caput reclinar, & dormiret. Cum coma iacuit, sine capillis stultit, ut obijcitur castimoniz nitidum speculum, in thalamo illecebrarum, lectis capillis: etenim testimonium puritatis cordis; ita dormire cum coniuge, ut repellantur à corpore cogitationes luxuriæ. Cogitationes sunt stimuli validi in blandissima corporis, expressa ex typo mulieris, quo dormientem fugat; eodem articulo, quo capillos amputat. Quantus candor mentis! Quanta puritas cordis! Postquam mulier caput rasi, dormientem à se repellere cepit; ut ex individuo coniugum thalamo, castitatis mirabilis emiret perfectio: constat enim, quam tunc cum coniuge dormit; dum ipsa caro cogitationes abigit. Denique. *Caro quasi in typo mulieris accipitur*, ut prodigium coniugum demonsretur. Dormientis septem crines secuit, totum capillitium rasi, quod Græc. *Plomæon*, uti diximus, *Tom. 4. T. 1. n. 42.* Dormire cum fra una, luxuriam excitat; insigni novitate, si caro dormiat: caroque in typo mulieris, dormientem nudat capillis, ad expulsionem inanis cogitationis; ut sicine in eodem lectulo coniugum, in carne adversus carnem ostenderetur miraculum: equidem in mundo cunctis sæculis mirum; quòd sponsus dormiret in sponsæ sinu, genitali lecto, quin illa unquam vigilaret matrimonij cogitatio.

Baron.

Cunegun-
dis diffi-
matum.

Prov. 6.
à 17.

Alspid.

13 Taduut demonum splendoris tanti, & conatus est maculare speciem pulchram speculi. Erat ei odium, quòd homines in castitatis candorem haberent clarum atque præclarum exemplum. Quæ in dedecus Cunegundis movit? Quæ in ignominiam decoris non movit? At procellam in virginem impollutam excitavit, qua virtus amplius notesceret. *Cum aliquando insigante humani generis hoste, suspicio quædam contra ipsam fuisset exorta, nudis pedibus super ignitos vomeres incedens illæsa, egregrum sue innocentie & candoris præbuit testimonium:* inquit Baron. *Ann. Christ.* 1024. n. 9. & Bonif. Bagart. *Tom. 1. Admirand. Orb. Christian.* lib. 2. cap. 1. §. 10. n. 14. Audiamus Salomonicam gnomen. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super primas, ut non comburantur planta eius?* Que connexio inhonestatis cum ulatione ignis? *Difficile est* (ait hic Alapid.) *parabolam concinnè adaptare postparabolæ: quid enim habet usio sinus, vestium & plantarum facta per ignem, cum immundis*

tia facta per tactum? Tropologicè respon-
dent PP. quia luxuria adinstar ignis. Im-
possibilis liberatio est, flammis circumdari,
nec arderi. Ita Cyprian. de *Singular. c. 17.*
Articulo Cunegundis parebit expostio totius
inventæ difficultatis. Ignis non potest
sine læsione calcari, modò abscondatur lu-
xuriæ focus in pectore. Signum immunditiæ
cordis, patet ex ulatione voracis ignis. Ad-
vuntur enim planta, impuro à Venere pec-
tore; quippe impossibile, flammis circan-
dari, & non ardere. Illeum dimittit ignis,
quem invenit signaculo calitatis; ita ut
possint calcari prunæ, quæ præ candore
comburantur planta. Cognacæ ab igne in
igne immunitas, & cordis purissima calitas:
ignemque illæsa Cunegundis calcavit; quia
flammam Veneris in sinu virgo nequaquam
abscondit: igitur immunitas à læsione flamm-
marum, illius virginitatis fuit illustre testi-
monium.

14 Illustre sanè, & plus ex contraltre
ne matrimonij; ut claret loc. præfat. Tobiz.
Erant coniuges in eodem toro, sed imma-
culato; & dicitur à sponso: *His noctibus
Deo iungimur.* Quid est iungi Deo? Propter
coniugem ab illius presentia non disiungi
dignitatem obtineri tantum quibat donum vir-
ginei candoris, ex presentia Deitatis. *His
noctibus*, additque *Tribus*; quoniam cum à
coniugatis per illas temporis horas, in eodem
thalamo servaretur castitas; videbatur
continentia quasi impossibilis, ut ad candorem
adesset presentia Numinis. Descendit
Angelus, dum pueri essent in flammis, &
non tetigit eos omnino ignis; ut vidimus, n.
5. Vidit miraculum Nabuchus, in fornace
etiam illi obiectus Angelus; sed videtur illi
in maiestate plus: *Species quartæ similis filio
Dei.* Haud obliquo iudicio, nostro articulo,
contracto virginali matrimonio, stantibus
sponsis inter ignis sine igne, observatâ
in coniugio castitate: diciturque inter flamm-
mas Dei presentia, ut coruscet in sponsis
singularis gratia: etenim tanta cultidiosa
difficilis puritatis dumtaxat orni quibat præ-
sentia Numinis. Præconizat celum, ut credatur
prodigium. *Cunegundis post aliquot
annos à fato Henrici, perfunctis fato, tumu-
lata est cum marito* (iustit Crantius, 4. *Hystor.
Saxon.* cap. 35.) *tuncque audita vox
de celo: Cede virgini virgo locum.* Henricus
dedit in tumulto, qui dedit in thalamo.
U. de ut amoris & utriusque puritatis per-
severet stemma;

Una requiescunt in urna.

Kkkk

DI.

DIDASCALIA II.

Numinis inter mira singulare porientum, Iosephi atque Virginis coniugium.

Vlla (quia supra naturam) naturae mirabilia, precedenti Didascalia: in praesenti adhuc exponenda maiora. Qui habet sponsam, sponsus est; est periodus fieri plenam. Sine fructu ad fructum coniugari sunt sponsi. Ubi fructus benedictionis & sponsa virgine apparet; nomen sponsi evanescit: etenim iam maritus, qui fuerat sponsus, cum sponsa iam non virgo, ut supponit desponsatio. Novum itaque, ac dignum admiratione, rutilavit, si simul sponsus fructum sponsae & sponsam haberet; quippequam ultra humanam conditionem, in sponsa videre Virginem-Matrem: diciturque, Qui habet sponsam, sponsus est, ut miraculum ignotum taculis, taculis ostentum sit, contractio coniugio a Deipara Virgine, & Sponso Iosepho: etenim si maritus, non iam sponsus, cum ex coniuge matre videtur filius; novum exponitur ad stuporem venerabile prodigium, in sponsa Iosephi singulare privilegium: patet enim ex uxore sponsa fructus, & tamen manet sponsus. Acumen est Augustini, ut vidimus in Litter. num. 35. Omne ita nuptiarum bonum impletum in parentibus Christi: proles, fides, sacramentum. Iesus patet proles, in virginitate fides, sacramentum contractu desponsationis: totumque mirabile, quoniam inter coniugatos insigne habere cum fetu uxorem, & simul habere virginem.

Ioan. 3. 29.

Iosephus sponsus, vel don ex coniuge suscipitur filius.

August.

Claud.

Pl. 8. 5.

Uxoris decus matris reverentia pensat. Accinit Claudian. 1. in Eutropio v. 73. Haud dilapsus amor connubij illibati forma, nec desloruit virginalis ex prole gratia: etenim in sponsa sponsus obtinuit decus uxoris, atque reverentiam integerrimae matris. Ad. Tom. 2. T. 6. D. 2. Alijs fructus coniugij ex virgine sponsa, sed non in sponsa virgine. Virginitatis Deiparae flos, quod in ea natum est, ut nasceretur ex illa. Homo & homo natus est in ea. In ea homo, ex ea homo; nonnumquamque purissima virgo, ut coniugum gratiae viderentur stemmata: mirabilis quidem, ut singularissima; quod cum facti foetus testera, sine sponsus & sponsa. Quomodo fieri (imo factum est) illud?

Advenit fausto cum silere coniug, Qui tibi flexanimo mentē perfundet amore. O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Eminent claritas generationis cum pulchritudine florida castitatis: etenim, ut de Bono pudicit, ait Tertullian. cap. 1. Est flos morum, honor corporum, decor sexuum. Est sane, ac testimonij sensus laborat implicatione. Pulchra casta generatio. Cyprian. de Singular. Cleric. in Virginalis generatio. Alapid. hic: Castitatis, aut castorum generatio sive sint coniuges, sive virgines. Hoc opus & labor. Iure igitur virgo est, quae semina nulla remittit.

Nec capit: & comites virginitatis amati. Si virginitas sterilis, unde claritas generationis? Unde coniuges & virgines, si in donum prolis sunt coniuges? Ex prole constat generationis fecunditas: prolem non habet virginitas. Unde igitur & quomodo clarebit flos illibatae virginitatis, cum generatione prolis? Non habetur exemplum, praeter unum. Ibi tantum rutilat, quippe Christi generatio sic erat. Nonnulli (inquit Lorin. hic) generationem castam cum claritate sumunt de conceptione & nativitate Christi. Non novum, nec pulchrum, quod proles ex generatione: praclarum sane oriens ex virginitate. Iam Christi nativitate in natura videtur, quod natura impossibile & merito videbatur: igitur Maria & Iosephus lucent coniuges & virgines, cum pulchritudine prolis. Haec profecto coniugij caelestis novitas, & generationis claritas; quandoquidem vident prolem, & manet coniugum inviolata virginitas. Pulchra est ergo casta generatio cum claritate, virginea, intemerata generationis claritas; quandoquidem videntur haudquaquam vasa: exponiturque pulchra generatio, & virginitatis pulchritudo; quia namquam apparuit, quod tunc vel in fructu floruit: etenim eximia sponsi & sponsae claritas; proles, coniugium, & utriusque virginitas. Generatio in virginitate fuit. O quam pulchra est! O admirationem ex articulo promit: tantum admirationem dici valet, quantus in coniugio splendor; quem ostendit in sponsis altera castitatis nitor & candor.

Non illo melior quisquam, nec amantior aequi Vir fuit; aut illa reverentior ulla.

Coniuge felix erat, felix erat illa marito. Mundus in novissimis diebus illustratur hocce singulari miraculo; Mariae & Iosephi coniugio: igitur in eo ad stuporem

Citall. Carmin. 6. v. 110. Sap. 4. 1

Tertull.

Cyprian

Alapid.

Ovid 6. Fastor. v. 285.

Lorin.

Coniugij sponsa, virginitas nitor & candor

Ovid. 1. N. etiam. Fil. 7 & 7. fab. 28

Ovid. 1. Epist. 7. v. 22.

Id. 4. Trist. 1. v. 21.

rem

August.

Mater & sponsa.

Cant. 4. 39.

Cur eius connubij prodigij.

E Ovid. Epist. 7. v. 22.

Id. 4. Trist. 1. v. 21.

rem conditionis humanae, sponso in violata visa fides, cum mirabili splendore fecunda virginitatis. Altior caelo est (ait Augustin. de Sanctis, ferm. 35.) Haec est enim quae sola meruit Mater & sponsa vocari. Aptē. Mater, respectu Filij: Sponsa respectu Iosephi. Non sponsa, si ex desponsatione filius, quippe integritatem denegat fructus diciturque iure sola, Mater & Sponsa; ut fulgeat ex desponsatione caelestis gratia, à saeculo in saeculo nec audita: etenim miro modo in utriusque vero, immaculato coniugio, floruit (verum sine exemplo) auctoritas genitricis & honor eximius virginitatis. Consule dicta Tautolog. 7. D. 2. n. 5. & 9. in Exposit. litter. n. 33. Totum ergo innotatum mysterium dumtaxat in umbra expostum: equidem ibi umbra sine corpore, corpus autem Christi venturi. Hinc in mystico epitalamio drama frequens, cordis Sponsi praemore elicit flamma: Soror mea sponsa. Sponsas vocari fortes, olim usitatum vel inter Ethnicos. Plura congesti Tom. praeced. T. 1. n. 44. In sacris videtur multoties, Tob. 8. 9. & Cantic. illequeaque. Pende modò. Si soror in sponsam non ducitur, ut quid sponsa soror vocatur? In altissimum arcanum, quod eximie ostendit Mariae & Iosephi coniugium. Vox sororis indicat virginitatis puritatem. Vox sponsae coniugij continuationem: & ut mirabilis desponsationis supereminet splendor, à Iosepho Virgo plauditur sponsa atque simul soror; quoniam in huiusmodi sacro connubio inventa desursum proles, & in utroque sponso insigne nobilissimum pulchrioris virginitatis. In alijs desponsationibus Soror & simul Sponsa, voces amoris, sed non nomina entitatis. In matrimonio ex desponsatione Virginis & Iosephi (non ex, sed in coniugio secuta prole) concordant, quae voces implicant: appositae in mysterium, Virgineam Sororem ductam, & Sponsam vocant: erat enim Sponsa quoad coniugium, & erat Soror quoad virginalem statum: etenim illi virgini coniugata congruebat sic, de qua natus est Iesus.

Iosephus connubio floret. Habetur coniuge felix; ut alio dixit Ovid. d. lib. 9. fab. 8. à v. 10.

Unde tibi qua te sic amet; uxor eris? Invenit in illo Virgo eam eximiam perfectiorem, quam optabat in status integritatem. Retorqueatur idem sacratori sensui. Nec quem praeseret (ita res illi magna videtur)

Quemve suum mallet esse, vir alter erat. Tom. V. H. Taut.

Respiciebant se mutuo, ut si vultibus in Propitiatorium, Christum; ad hunc maxime inter se dirigentes respectum. Erant ibi specie maris & foeminae; ut dixi hic Tautolog. 1. D. 2. n. 5. ex Ar. Montan. & Rab. Salomon. Hinc inter se Virginis & Iosephi respectus mutuos, & etiam in Salvatore respectus. Se mutuo respiciebant uti sponsi & coniugati: verum diversum habebant respectum versis vultibus in Propitiatorium: quandoquidem Virgo uti filium naturalem respiciebat: Iosephus uti sponsus filium eius, uti proprium adoptabat. Illa Iesum, ut genitrix est: verum ille ut vir Mariae, de qua natus est Iesus.

Venit promissa dies, quum Virgo puerpera teste Haud dubie sponso, pacis cui cura pudoris Edidit.

Uti modulatur Prudent. in Apotheos. vers. 670. Descendit de caelo Dillectus in areolam aromatum, ut lilia colligat; quippe illum candor delectat. Quidni liliam & unicum? Ut in candore maris & foeminae indicet matrimonium. Geminis unus odor, unus color, unus decor, cum uno atque diverso respectu, uti in sponsa & sponso: diciturque Dillectus in areolam aromatum quod descendit, ut ibi lilia colligeret; quippe cum quarat anxie virginitatem, gaudet invenire in coniugatis candorem. Descendit. Iam liliam in hoc aut illo virginitatis viderat, at non in terras descendat; quia necdum areola aromatum, servata virginitate intra sponsoem coniugium: descenditque Iesus, cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph; quippe raptus è caelo, ut coniugatis sponsis (pulcherrimis lilijs) integerrimae videret candorem virginitatis.

Perpetuum ver est, & candida lilia carpit. Arbitror huiusmodi sacramenta atque nova mirabilia à progenitore Davidae fuisse praconizata. Observetur ergo stylus, & in arcani significationem singularis modus. Asistit (inquit) Regina à dextris tuis in vestitu deaurato; circumdata varietate. Audi filia. Filia dicta, quae Regina iam vocata? Quam deserviebat ut uxorem Regis (exponit Genebrard. n. 16.) nunc vocat sihana. Puella regia, uxor regia, virgo; proinde de qua purior. Omnis eius ornatus non exterior est, sed interior in corde & animo.

Asistatur floridae acumini Crucis hic: At Regina tibi vinclo sociata iugalis, Connubio tanti sancto decorata mariti, Dextera erit, flavos auri diademate crines, Ardentem vario chlamyde circumdata limbo.

Crucius

Exod. 1. 20.

Traxerunt sponso sic caelo orbem Patria.

Prudent.

Cant. 4. 39.

Dei connubio placens virginitas coniugata.

Ovid. 6. 5. fab. 6.

Psal. 44. à 10.

Genebr.

Crucius

Maiores in interno quamvis sit gloria cultus, En formosa tamen proceat filia Regis. Illa suofulgens in sponso adducitur uxor. O auai me nata. Ille autem paribus curis equabit amorem. O Regim!

Iam tibi felici nascetur origine proles. Si proles nascitur, unde ut virgo in throno extollitur? Si regina, ut sponsi focia; quorsum appellatur filia? In singularem ex conjugio gloriam, propter singularissimam candoris in conjugio prerogativam: equidem in illo versis ilibatam uti virgo puritatem; quasi virgo non esset, in gloriam obtinuit prolem. Regina & filia. Regina, quia coniux: filia, quia virgo, inaudito miraculo; quia virgo & coniux. Quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic simile? Sic sola caelo placuit, & prolem inde suscepit, & coniuge virgine, in gratie splendorem, & prolis originem; est vinculo sociata iugali, connubio tanti decorata mariti.

6 Adhuc latent mysteria, ut exponantur clara. Altit Maria in huiusmodi theatro Regina, puerpera, coniux & virgo; signatis prerogativis in vestitu deaurato; & in specimen singularis gloriae, in veste fulgens, circumdata varietate. Erat ornatus interior, corde & animo pulchrior. Est virginitas regia vestis, sed non deaurata etiam in statu virginitatis. Fulget uti regina in vestitu deaurato, si ad conjugium vocata, virgo manet ex conjugio: verum eximia non obtinet pulchritudinem, quandiu que coniux & virgo non habuerit varietatem; cuius gratia, virgo & puerpera, sed non ex coniuge, ut conillet casta generatio cum claritate; Virgoque in conjugio plauditur puerpera, sed mira gratia, accedente fructu genitricis, flore ilibato pudoris; igitur vestitus deauratus, cum filium ex coniuge videret Iosephus, & non esset eius filius. Pretiosa Virginis ex puritate vestis, sed deaurata consortio virginis coniugis: vestique additur varietas in ampliorem pulchritudinem; ut transiret generatio de claritate eximia in maiorem claritatem: etenim puerperae ex coniuge per desponsationem, non erat nobilior proles, sed Altissimi virtutis a diebus aternitatis. Hoc privilegium Virginis: non dabitur alteri. Afferentur Regi virginis post eam, ex quibus qualibet a Sponso, prout decet, accipit gratiam, tradens ex animo cor. Ornatur alia sic, alia vero sic.

Infigit Maria, quod virgo & coniux.

Resistit virginis suae de ad honorem singularitatis

Cruc. d. Tunc alia venient famulae. Comitantur cunsem.

Formosior tamen procedit filia Regis, Errantis varie redimita laboribus auri. At Virgo-Mater quare formosior? Quia Mater-Virgo-Alia ex filiabus ornatur candoris divite veste. Alia gemma addidit aurum, in conjugio servata virginitate. Multa filia congregaverant divitias: at Virgo-Mater supergressa est universas; quippe in veste, arque veste deaurata, virginitate fecunda; obtinuit feliciter varietatem, equidem coniux & virgo habuit, sed non habuit ex coniuge prolem. Accinit Soufa, lib. 5. a v. 306.

Natura respingat: At virtus alto summi dominantis Olympo, Supremi manifestat opus, mirabile nobis, Et superis etiam: non ante ab origine mundi

Patratum, nunquamque iterum patrabile. 7 Vidimus, olim sponfas ante desponsationem appellari Sorores, ob custoditam castitatis. In commendabilis prorsum exemplum, Sorores vocabantur vel post conjugium. Ovid. 3. Metam. fab. 3. inquit: Sceptra tenere decet, si sum Regina, Iovisque Et soror & coniux: certi soror.

Unde illa ipsa apud Senec. in Herculi. filient. a v. 1. quippe ab illo intacta, inquit: Soror Tonantis Semper alienum Iovem deserui.

Idem apud Tibull. lib. 3. Epigram. 1. v. 23. Modò videamus in sacris summum apicem ex splendore candoris. Angelus Iohanni cum esset in castris, dixit: Veni, ostendam tibi sponfam, uxorem Agni, & fuisse in montem magnum & altum: tuncque, Vidi (ait) sanctam civitatem Ierosolimam novam, descendentem de caelo, a Deo paratam, sicut sponfam ornatum viro suo. Si iam facta sponfa ornatisime visto, quid ostenditur denno? Primò sponfam in conjugium virginem: post sponfam iam uxorem. Non enim ita mirabile, quod virgo floreat, ante desponsationis contractum, quam quod virgo post conjugium: igitur excedit candor insigniore gratia, dum sponfa eminet coniux; & adhuc sponfa. Sponfa plauditur ante nuptias contractas: uxor vero post celebratas nuptias. Quidam non nomen uxoris etiam intemeratae, ubi Iosephus vir signatur & designatur Mariae? haecque simul uxor ostenditur & sponfa, conjugio contracto ex singulari gratia, causa ilibati pudoris; quia nuptijs contractis, quasi non contractis nuptijs. Prior virgo, post uxor: signaturque quasi pridem sponfa in matrimonio, quippequam uxor & virgo. Haec nova nupta, &

Mell. 306.

Ovid.

Seneci.

Apocal. 12. 9.

Verf. 22

Cur plau de ut sponfa & uxor.

ornatissima sponfa, parata viro suo; descendit, ut videtur, de caelo. Miraculum singulare, illudusque ignotum mundo. Virgo desponsa nupti, virgo etiam post desponsationem floruit. Orbis plaudat. Haec mulier plarie de caelo descendit.

8 Observa stylum in utraque visione, in excellentiam Mariae. Sponfa nova, pura, immaculata exponitur parata a Deo, quasi ornata viro suo. Quasi non quod pulchrius ostentum in ecclasi; Veni (dicitur ab Angelo) ostendam tibi sponfam, uxorem Agni. Quomodo datum viro, & modò Agno? Uxor Agni non est, cum mater sit. Agnus utique Filius, vir sponfus: Filiusque in sponfa connotatur, ubi in conjugium Iosepho que virgo creditur; ut rutilaret varietas deaurata vestis, honore matris, & sine nevo coniugate virginis: quandoquidem si filius videbatur in Agno; filius erat, sed non erat ex sponso. Perpende. A Deo paratam, sicut sponfam ornatum viro suo. Virgines in nuptias conveniunt, qui non conveniunt in nuptijs: connubiumque a Deo exponitur paratum; etenim a Domino factum est istud. Paratur Virgo-Mater a Deo, & ornatur viro suo. Merita clarent Iosephi ex Virginis sponfa, & uxoris aliminatione: diciturque viro ornata, dum illi Virgo coniuncta; quippe sibi praeter filium, non habet pulchriorem ornatum, nisi conjugem Iosephum. Dicit Iohann. Geometra, Hymn. 2. v. 28.

Sponfa in nuptias conveniunt, non conveniunt in nuptijs

Geometra.

Plutarch.

Virginitas ornata Iosephus sponfa

Ovid.

Math. 83. 41.

agrum illum. Quidni gaudeat? In fundo non proprio invenerat, quod nec sperare, nec inquirere poterat. Patet in parabola, quicquid Iosepho accidit, praegnantem Virgine Sponfa. Antequam conveniret, inventa est in utero habens. Thesaurus absconditus, illius non erat: habere desiderabat, quem pridem nullo modo cognoverat. Invenit, cognovit in agro sponfae thesaurum absconditum, emittitque exultatione exuberans agrum illum, Quid est emere? Sponfam fuisse alite in uxorem ducere. Huiusmodi stylus frequens tam in Sacris, quam in Ethnicis. Ocas dicit, 3. 2. Poch (Hebr. Eni) eam mihi quindecim argenteis. Sanctus hic nam. 5. Frustra enim emeret, nisi illam, uxorem habiturus. Qui quidem pluribus testimonijs alruit, ibid. num. 16. Servius etiam asserit in illud Virg. lib. 1. Georg. v. 31. Emat omnium unda: maximopere que hic La-Zerd. n. 12. Clarum modo testimonium. Virgo cum Iosepho esset desponsata, ab illo est in utero inventa. Nolebat emere se idem, in conjugem ducere. E caelo illi dicitur propter thesauri pretiosissimam copiam, Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, inventus est, sed non cognitus thesaurus, quippe absconditus. Cognovit, agrum emit, hoc est, sponfam in uxorem duxit, ut thesaurum possidere possit: equidem licet ab alio repositus ibi: eius ex iure cedebat acquirere proprietati: proprius thesaurus caelestis, qui inventus in agro conjugis: sibi que tanta pretiositas neutiquam esset; nisi in uxorem, qua erat desponsata, duxisset. Emit, abscondit, gaudet, sibi de inventione complaceat: etenim quamvis in conjugem absconditus, erat caelestis thesaurus.

10 Hoc plenum gaudium Iosephi, quod (antequam cognovisset) totum cordium sponfa. Erat amicta Sole, in utero habens, & cruciatur ut pariat. Quomodo cruciamini, si Virgo-Mater peperit sine dolore? Antequam parturiret, peperit: & quandiu in Iosepho sponso viditurbationes cordis, ibi dolores ut parturiretis: quos in partu non habuit, habuit profusquam parturiret: igitur tota anxietas Sponfae Mariae procedebat in pectus ex anxietate Iosephi. Visum tunc mysterium Virgae vigilantis, referta sollicitudine oculis. Virga Iosephi floruit, dum ille Virginem in sponfam elegit: oculataque dicitur virga, ut constaret quanta in Iosephum Virginis amoris flamma: equidem ita addicta dilecto, ut nec oculos averteret

Cap. 1. 18.

Emere, pro uxore ducere

Sanct.

Quo iure Christi, dicitur huius Iosephus

Apocal. 11. 2.

Ierem. 1. 11.

Ex an. x. r. te Iosephi, ang. Maig.

à sponfo. Sæpe anxius in sponfam intendebat, quàm illam fecundam viderat; sed tunc explorabat radiantem sponfam, cœlestem ex vultu vibrantem flammam. Erat speculum sponsi: eiusque facies radijs illustratur flammæ: quia quas flammæ fumebat sponfus intra intima pectoris, necessarium, resultare ceu speculo in faciem Virginis. Cruciat, in utero habens, ut pariat. Ut Ioseph videat; ut mysterium Ioseph credat. Crede re ex cognitis: Iosephi sanè singularis fides. Aliud vidit, aliud credidit. Vidit, ex se fructum non fuisse conceptum; sed credidit, in coniuge invenisse thesaurum. Est fides, rerum argumentum non apparentium. Argumentum etiam oculis constat in contrarium. Profecto Iosephus aliud vidit & aliud fide mirificè credidit: igitur sponfa & cœlo credebatur, contra quæ viderat. *Tibi uxor in decus & gloriam:* dixit Traiano Plinius in *Panegyri*. Longè à vera laude, quæ tantum blandimina Principi. Non gloria, quò de sunt merita. Singularior demonstratur status, & simul à Sponfa Iosephi decus; quippequam habuit coniugem, sine exemplo ad honorem, matrem & virginem.

Mirra Iosephi p. det.

Plin.

Maria eius decus & gloria.

Ovid. 1. Metam. fab. 7.

In utroque voluntas

Carduc.

Theo. arit. 4 v. 38.

bus & amittitur testis, & excluditur hostis, & integra servatur fama Virginis-Matris. Ita Homll. 2. *Super missus est*, n. 13. Hinc opus mirabile, modus insuperabilis, causa inestimabilis. Causa erat redemptio hominis; opus, in hominis conditione Verbum Patris: modus maternitas virginis; ut diabolus celaretur mysterium in libertatem plenissimam hominum; quandoquidem allucinatus iacuit, ubi se victorem iactabundè præsumpsit. *Ut humanum genus vinculis pestiferæ prævaricationis absolveret* (inquit Leo Pap. de *Passion*. serm. 11. cap. 3.) *& scienti diabolo potentiam suæ malefatis occultit, & infirmitatem nostræ humilitatis obiecit. Si enim crudelis & superbus inimicus consilium misericordie Dei nosse potuisset; Induorum animos mansuetudine potius temperare, quam iniustus odij studuisset accendere: ne omnium captivorum amitteret servitutem, dum nihil sibi deberentis persequitur libertatem. Non enim (præmitit, de *Nativitate*. serm. 2. cap. 3.) iuste amitteret originalem debitum generis servitutem: nisi de eo, quod subegerat, vinceretur. Quod ut fieret, sine virili semine editus est Christus ex Virgine.* Putavit diabolus illum non de virgine, sed de uxore generatum: Sponfusque admittitur testis, & diabolus rejicitur hostis, pactâ mirabilis modo desponsatione; quippequam natus de Virgine matre. Dixi supra de thesauro abscondito in agro uteri virginalis, præstantiâ Numinis, quem Ioseph sponfus invenit. Invenit absconditum, & inventum abscondit. *Thesauro abscondito in agro; quem qui invenit homo, abscondit, & pro gaudio illius vadit.* Fiunt mirifica in opere & modo & causâ; quapropter ut clarius mysterium sit, iuxta Bernard. libid. *Necessario desponsata est Maria Ioseph.* Necessario! Omnino. Si diceret aliquid de thesauro invento in sponfa, sponfa sanè periclitaretur fama. Absconditum thesaurum illi gaudens invenit, inventumque solerter abscondit, ne in mysterium veniret cognitio diaboli, & caveret à muliere: Unde scit sponfus & nescit diabolus, ut in integrum famam Virginis-Matris, admitteretur testis, & rejiceretur hostis.

Bernard. Quo in tota fama Virginis deponit

Leo Pap.

Unde ali lucina turis & amon

Conditio amoris & spon

Bernard. Cur Maria necesse fuit desponsata Iosepho

Cantic. 1. 5.

Rupert.

tus

O foror, o coniux, o femina sola! Sicque sponfi gloria & decus: equidem videt sponfus, quod repugnante naturâ, oritur filius ex femina sola.

11 De margarita, auro annulo inclusa, inscribitur lemma: *Dat sociata decus.* Vide Picciell. 11. *Mund.* *Symbol.* n. 224. Annulus nuptias indicat, ut asruunt. Pier. *Valerian.* lib. 41. à cap. 8. & Silvest. à *Petrifanct.* 3. *Symbol. Heroic.* cap. 4. gemmaque includitur auro, ut maior splendor rutilet ex coniugio. Auri præfostatati Iosephus confertur, margarita pretiosa Maria vel à cœlo plauditur: ex utroque per coniugium efformatur annulus, & inde sponforum decus, quippe per sociam Iosephi perclaruit honor, per Iosephum in Maria, cum esset mater, virginitatis splendor.

Dat sociata decus rutilanti margaritæ auro: Sic decorat Ioseph inclyta Virgo Virum. Mutuo respondebat amor amoris. Fuit cordium ignis in igne: igitur per dilectionis pectoris flammam, in duobus una voluntas. *Nullam habet mulierem, aiunt, placuisse marito.*

Qua nullam præstantiorem Sponsum domi mulier amplectitur ulnis. Ipsæque potens uxor.

12 In unum coalescunt annulum prætiosum & gemma & aurum. At cur è cœlo huiusmodi meditarum consilium? Respondet Bernardus, *Tali consilio secretis celesti-*

tus est fuliginem: ille uti testis candorem erat Mater-Virgo nescienti nigra, scienti formosa: & testis magis formosa, in uo hosti infenso videbatur magis nigra. Necessario igitur Maria Ioseph desponsatur; ut mysterium simul splendet, & occultetur. Sic in *Mem. Soula*, lib. 4. à v. 471.

Forma

Talis erat Virgo, talis dignissima cœlo. Est faber egregiâ nulli virtute secundus, Regali de stirpe satus, Davidis ab alta Progenie, qui mente Deum semperq; gerebat Ante oculos Dominum, cuius de sanguine Christus.

Hebræis promissus erat venturus in orbem. Hunc proba coniugio Virgo dignata pacisci, Accepit sponsum. Divinis credimus esse Aspectis socios: nec enim sine Numine cœli Conditor Omnipotens illi committeret aulam Virginei partus. Cuius testisq; futurus Perpetua probitatis erat, vitæque pudice.

Mell. Soula.

Leo Pap.

Conditio amoris & spon

Bernard.

Eius Ordo.

DIDASCALIA III.

Gertrudis dum diligit & diligitur, & trahit, & trahitur.

Cœlestis Sponfus non solum amans, sed amor est: exponemus modo studia cordis Gertrudis, ut nos etiam cedamus amoris. *Spiritualis contractus est* (inquit Bernard. in *Cantic.* serm. 83. n. 3.) *parum dicit: contractus complexus est.* Complexus planè, ubi idem velle & nolle, idem unum facit spiritum de duobus. *Propter quod qui amat, amat; & aliud novit nihil. Amari tamen plus amat.* Sponfus & sponfa suat. *Quam queris aliam inter sponfus necessitudinem vel connexionem præter amari & amare? Sic amare, nupuisse est. Felix cui tanta suavitatis complexum experi, donatum est: quod non est aliud, quam amor mutus, inimitus, validisque, qui non in carne una; sed uno planè in spiritu duos iungat, aubis faciat iam non duos, sed unum. Nam cum amat Deus, non aliud vult, quam amari; quippe non aliud amat, nisi ut ametur, sciens ipso amore beatus. Idem invenitur apud Theophan. *Asanson.* 7. à cap. 1. *Guadalup. Mystic. Theolog.* lib. 10. cap. 9. & *Salazar.* in *Cantic.* 1. p. cap. 1. n. 45. *Claret* Sponfi & Sponfae suis in regula & ordine amoris, & ad amorem quoad intimam spiritus caritatem: cum cordis habeant præ amore similitudinem. Una voluntas est.*

Conditio amoris & spon

Bernard.

Eius Ordo.

Sponfus & sponfa sunt, sed cum differunt utriusque in flagranti amore: igitur sponfa diligit, quippe diligitur: sponfus verò amat tantam, ut ametur. Ex amore favet & amore fovet: plustque flammam fovet & favet, dum mitens, amorem suscipit, quia diligit diligentes; ut corda

Commodos manserunt amores.

2. Sic inter amare & amari charitas ordinatur: in hoc cardine tota spheria cœlestis amoris vertitur; & est rota in medio rotæ ingenio dirigens axem, quo trahit & trahitur, sequiturque sequentem. Caret namque sine dilectionis circulus; cordaque Sponforum nitent,

Quæ d. 3. v. 1. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12.

Manil. 1. 2. v. 1.

Bernard.

Gertrud. di. 2. v. 1. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12.

Seneca.

Ovid.

Cordi eius curis suscipit

Sar. 3. Sivo. 2. v. 81.

Ioan. 3. 2.

Et vadunt ortus in ortus.

Ad sequendum te, Domine Iesu (inquit Bernard. de *Ascension.* *Domin.* serm. 2. n. 16.) *alij trahuntur, alij ducuntur, alij rapiuntur. Primi quidem felices: secundi feliciores: tertij felicissimi; quasi quodammodo sepultam iam arbitri sui potestate, in divinitis gloria spiritu oratoris rapiuntur.* Hoc totum opus amoris Gertrudis, in quo omnimoda lucet via felicitatis: equidem à summo egressio eius, & occurfus eius usque ad summum eius. Totum in Gertrude summum & eximium. A Sponfo enim trahitur ab infantia, in Sponfam dicitur tota vita; ac denique morte rapitur in cœlestia. Hæc in presentiarum agemus: quippe, ut ait Seneca. *Natur.* 99. lib. 7. cap. 2. *digna res est contemplatione.* Deprehendit enim propter raritatem eorum cursus adhuc non potest, nec explorari an dices serent, & illos ad summum certus ordo perducit. *Nota hæc exlestium observatio est.* Patuit amoris studio digna cœlo, charismatibus dignata insigniter à Sponfo. Unde, ut alibi dixi, vel ex Ethnico, 1. *Factor.* v. 417.

Hanc cupit, hanc optat, solum suspirat in illâ, Signaque dat nutu, sollicitaque notis.

Notis? Quanam insignia? In testem dilectionis ampliora: etenim cum in corde Gertrudis vulnerum suorum signata Sponfus inuis fieri, atque summi amoris notis decoratam videret illam ambibat, illam cupit, illam optat, in illam solum suspirat, ut in eius purissimo corde delicias dumtaxat habeat, firmans monilibus sponfam, unicam, perfectam electæ pulchram, in indicem summæ æternæ necessitudinis.

Quæq; super reliquis divini pignus amoris.

3. Annue præfens Tautologia, *Qui habet sponfam, sponfus est.* Aliquid in sacro pleonastro latet, quo amor inter sponfos in admirationem sperneminet. *Qui habet sponfam, sponfus est.* Vivitur floride & fauste

Petron.

Mortalis ergo sic perire cepit: Transfundimus amantes animas. Amore fit, ut non vivat propter se. Unde anima ipsa & non ipsa; quia propria, & alterius forma. Ipsa quoad vitalitatem: non ipsa, quoad cordis vitalitatis radicem. Liquet. Est vita motus à se. Cor vitalitatis fons: & vitam cor non habet, dum vitam possidet; quoniam nullum habet motum, nisi à dilecto & in dilectum.

Malach 2. 15.

De Adamo & Eva, sponſis à Domino conditis (uti suprà diximus) ut ex duobus in unum fieret nexus, & claret in natura dilectionis miraculum; est illustre, sed obscurum testimonium. Nonne unus fecit (ait Malachias) & residuum spiritus eius est: De sponſis sermo fit: quòd propter affectum (inſit Hieronym. hic) quodammodo una anima in duobus esse videatur, connectis spiritibus, mente sociatis. Idem Cyrill. Alexandr. Anima quodammodo una (subdit Doctiss. Sanctius n. 62.) quia idem sentire, idem velle ac nolle, & idem omnino spirare debent. Quasi Deus eodem flatu, Adā ac uxori spiraculum infuderit vite. Quod quidem physica consideratione difficile est. Alius profecto spiritus sponſæ: & non dicitur alius, ubi sponſi demonstratur spiritus; quia in vitalitatis signum, sponſi habet spiraculum: quando quidem eisdem per se gaudeat vitæ, vita sponſi vite formas: quippe ita pendet vitalitatis à vitalitate sponſi, ut sine huius spiraculo neque valeat respirare. Motu ex se haud habet illum, quia vitalitas vitæ propter sponſum. Idem utique in utroque flatu vitalis ostenditur: & qui in sponſa residuum spiraculum dicitur; quippequam eundem fit per amorem nolle & velle, & moveri & respirare; vitalitas vitæ sponſæ à sponſi vitalitate. Lampades eius lampades ignis atque flammæ. Ignis, quippe in se cuncta convertit: flammæ, ut vitam sponſæ connotet. A flamma flamma, à vita vitæ; quia in sponſis ipsa & alia. Ipsa, quia in duobus idè vitale lumen: alia, quia sponſa vitæ participat splendorem: unde ut utriusque claret unitas.

Cur unica in duo huius vitæ?

Omnia bis moris est, de flammis tollere flammam. Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.

Cantic. 8. 6.

Haud præmissa in amoris excellentiam missa faciam. Si spiritus sponſæ, sponſi figurat residuum iam est alius. Quomodo ergo utriusque una vita & unica anima? Quod in natura monstru, erit amoris prodigium. Dupliciter vidimus animam, & simul unam animarum formam. Iuxta connotata erat in

Dracot. de Oper. 6. dierv. 343.

duobus vel duplex, vel unica; unus & distinctus motus, unus & divertus sensus: ita ut iuxta tactam portionem, eandem, vel discretam promeret vitalitatem. Physica consideratione prorsum difficile, non amore; ut sponſus & sponſa unum quid sint, cum duo sunt: duo, respectu animarum; non duo, iuxta dilectionis incendium. Duplex anima, connotatione personarum: unica, ex respectu operationum. Diversa vita, quia distincti; una vita, quippe sponſi: equidem (licet in utroque alius sensus, alius motus) cum una voluntas sit, unumque in delicias cor; ob dilectionis singulare miraculum, qui duo dilecti, flammis amoris conveniunt in unum. Constat iam vita Gertrudis ex se & facultate amoris. Ipsa est & non ipsa: ipsa & alia, sponſi possidens cor. Posuit Christus super eam spiritum suum: nec proprium possidens habebat animum, quæ vivebat per sponſum. Iure igitur dixit Spiritus meus, ubi designatur Christus. Uterque est unus & alter, dum sui respectu, uterque dicitur neuter: sit sublimi charitate, quod difficile, naturæ: Gertrudis que suum vocat sponſi spiritum per dilectionis flammam; quia non vivebat nisi per sponſi vitam. Unus flatu Dei Adæ & uxori: unum spiramen Christo & Gertrudi. Nonne duo in humana conditione? Profecto, non voluntate. In utroque idem velle & idem nolle. Fit metamorphosis ex amare & ex amari. Amor est mutus, intimus, validus, cuius in excessum opus, quum ex duobus unum cor; quod sint ad amorem duo, & duo in amore non sint.

Ovid. 2. de arte. v. 178.

Datur sponſa Adamo, & simul exprimitur quanta & qualis inter sponſos dilectio. Erunt duo in carne una. Quid de sacramento Christus? Itaque iam non sunt duo. Quomodo duo, & nequaquam duo sunt? Hoc mysterium magnum est præ excellenti reciproca charitate; ut in Christo elucet & in sponſa Gertrude. Duo sunt, quippequam sponſi sunt: & nullatenus duo, quoniam sponſi. Duo, quoniam bina corda: non duo charitatis flammæ; etenim amoris ingenium, in mysterium perfecit utraque unum. Duo sunt, quippe motus & sensus proprius utriusque. Iam non duo amoris connotatione: etenim quum ex unica vitæ forma non procedat duplex vita; duo non sunt, etsi duo sint: duo, ad vitam commutatione cordium. Non iam duo, quia simplex vita principium: quandoquidem ita connexit ingeniosè dilectio; ut duo viverent, quasi non essent duo. Mundo & sibi mortua erat Gertrudis; & vita eius ab

Unde ha infmodi porcorum?

Qua gratia, vita Gertrudis abscondita in lesu vitæ?

Arbor Hyrcanica?

Causia

Quomodo mundo & sibi mortua Sapient. 16. 27.

Genes. 24. Marc. 10. 8.

Duo non duo.

Quomodo effugit sponſi videt, oculos ut aperuit.

Ovid. 2. de arte. v. 178.

Castane Coloss. 3. 3.

abscondita enim Christo in Deo. Com vita, & mortua: Utique: ut videret vitæ sponſis necesse prorsum, ut moreretur sibi. Habebat vitam, sed non propriam. Erat eius, sed absconditus vitalis habitus, eò quod in eius corde respirabat sponſus: & cum vitam superiore gratia singulari haberet; ne per se viveret, in vita vitam abscondit: quandoquidem ut eius non eius vitalis floreret habitus; in eius corde habitabat sponſus. & sibi & secū vitam habebat mortuam, quia nullum motū vitalem vivēs habebat ad vitam.

1. Sibi & mundo mortua. Haud inerit novitati, quod mundo mortua, si mortua sibi. Dixi de melle Hircanico, Tautolog. 7. D. 3. n. 14. modò alio acumine. Ibi in arboris quotidie abundanter apparet: sed illic ac tangitur radio Solis, evanescit. Apodosis est Causini, lib. 9. Symbol. 9. Bona fragilia (inquit) que primum mellea videntur: sed vix cœlestis gratie radius illuxit, cum ista sorbentur. & in fumos evanescent, quæ magnā in se speciem, magnam continent videbantur suavitatem. Sicine Manna, quod extendebatur in delicias per castra Israel, continens miram dulcedinem, & omnis saporis suavitatem. Ita caelum suis generose præstabat; sed statim ab exiguo radio Solis calefactum habebat. Gertrudis mundum non cognovit, eius fictam dulcedinem tamquam mortua sensibus ignoravit: equidem illi nihil totus mundus, ut eius mentem illustravit gratie radius: qui quidem ita Gertrudis illuminavit mentem, ut inter mundi delicias, nil noverit nisi Solem. Illius amore flagrabat pectus, nec ad mundi illecebras dignata est unquam aperire oculos. Evanescent radijs gratie, ut præoccupat oculos Sol iussit. Quid ex copia in benedictionibus præventa dulcedinis, dum tabescunt universa vel exiguo radio Solis? Alibi dixi, quòd luminis nec aperuisset, quousque ad baptismi fontem pervenit. Mortua sanè & mundo & sibi, absque sui, atque mundi cognitione. Iam ille evanidus, de cœlo illustrata mente: haud videre placebat, quem præ copia interni luminis nec aspicere quibat. Mundum seque desepxit, dum sponſi iconem inventis in quam extemplo lumina fixit. Cuncta illi præter sponſum tenebræ. Nihil inter tenebras visibile: & in Christi imaginem tantum dūtaxat dirigit aciem; quia in illo tantum inveniebat lumen. Sponſum unice respicit.

2. In cultu pignora mentis habet. Incubuit, iteratæque vulnera fixit. Tensâ cervicis pendenti Blâdus, & admotis parvè: pectora pennis. LIII 2 Spon-

bat, instanterque pro voto clamabat. Luxta erat luminis fons, & lesu illum statim adduci ad se. Factum est. Ad lesum clausis oculis pervenit: sed in eum interrogavit: Quid tibi vis faciam? At ille d'xit: Domine, ut videam: & lesus dixit illi: Respice. Huiusmodi cœcitas erat in Gertrude, labis originalis à primo parente obscuritas. Christi imago erat in tēpio, cæca Gertrudis in parentum domo; quia ibi lux radiaret, ut in lumen aperire oculos possit; & iubet illum adduci ad se, ut obviret cœcitas lux; quippequam nisi sponſum videret, nunquam oculos aperiet. Si adducitur, tuncque illuminabitur. Oculis clausis persistit, si ad sponſum non adducitur: equidem cum avertit aspicere mundum; haud lumina, ut videat, elevare valebit nisi ad sponſum: tunc enim cæca clarè videbit, si Christum saltem in imagine viderit: etenim Dilecti recipiet in corde cœleste lumen, cum ut imprimat cordi, intenderit in imaginem, Iussit ita Gertrudem adduci ad se. Eius præproperè ambiebat cor. Valebat, uti in caeco lumen præbere, estò esset longè. At si non coram cæcum haberet præsentem, alia prius quibat aspicere, quam lesum illuminantem: Gertrudemque mediante præcipit adduci ad se; ut quod primum videat, sit ipse sponſus Iesus. Lumina Gertrudis & arte occuldit mundo omnino corde mortua, cæca manet. Ut oculos aperiat illuminanda, sed singulari prærogativa; quippequam apertio luminum, illuminationis signum: ipsamque cæcam ad se adduci Iesus iubet; ut lesus esset, quem primum aspiceret. Pende. Videre cupit cæcus: cique Iesus, ut gratiam conferat, non dicit: Vide, sed Respice. Mysterium cognoscitur in Gertrude. Videre, oculorum actus simplex. Respicere, est visa denuò videre: cæcamque Gertrudem respicere mandat, dum illam baptismatis modo illuminat; quippe iam viderat, quem apertis oculis videre cupiebat. Ducebatur, ut eum oculis videret corporis, qui radios lucis vibravit in focum pectoris. Oculos tunc ad Crucifixi imaginem aperit. Apertis oculis, videt: & dum videt, qui illuminat non dicit, Vide, sed Respice; quippequam in corde habuerat præsentem, cuius videbat imaginem: etenim mirè clausis oculis cognovit, prorsus quam oculis videret. Videtis dicta, Tom. 3. Tautolog. 13. D. 2. à n. 6. Oculos in volneratum sicut, & tunc amoris telis transfixit.

Stat. e Silo. 2. v. 83.

Luc. 18. 40. 41.

Mundo cæca, à sponſo mirè illuminata.

Stat. e Silo. 2. v. 83.

Castann

13 Sponsus dicit: Me inter eius brachia tamquam captivum tradidi; ut vidimus alibi; ex Castann. qui Insuat. divinar. lib. 1. cap. 4. 14. & 15. regerit, puerum Iesum, cum in ulnis ellet matris, totis conatibus nitentem in amplexus Gertrudis. Fictum olim, Amorem à Mosis captum, quamvis mater daret lyctum, noluisse redire ad matrem, ploris habens voluntaria præ amore dulcissimam servitutem: etenim quamvis vincula evadere posset, libertatem tenuit; quippequam Amoris præminio amore captivitas placet. Adifis Dionys. Lebeum-Bacillum, Emblem. 40. de quo etiam egimus, Tautolog. 1. D. 5. n. 7. Captus ab amore Gertrudis Christi amor vel in sinu genitricis; acceptis mutuo & emiffis dilectionis igneis telis. Mutuat cum cordibus sagittas pectoris honor: non aliter nisi vulneribus magnus conciliatur amor. Hoc illius scitum opus.

Hefius, Emblem. 7. N. 32.

Sine vulnere nullus Crescit amor: nullus crescit amantibus honor.

Hinc ex amore flammescit uterque, quippequam vulnere respondetur utrimque. Qui expectavit vulnera, vulnus habet: cuius dulcedo ita molect; ut in vincula, relicta matre, sese tradat captivum, quidem se tradit in sponsum. Non captivus, sed tamquam captivus Iesus traditur Gertrudis. Illa captivitas processit ex libertate; quia Gertrudis ita gratijs à sponso ornatur, ut sponso qui ceperat, caperetur. Capta captivitas. Capta iaculis amoris vixit in sponsi vinculis: illique tamquam captivus captivæ traditur; quia voluit præ amore, ut ab illa caperetur. Sic Deus naturam humanam eximie dilexit; ut Filium suum unigenitum daret, & servi formam acciperet. Habuit in servitute libertatem; sed subijt nimio amore servitute. Subijt, quia voluit: summæ enim in sponsam dilectionis obsequium, sese illi tradi sponte tamquam captivum: igitur propter illam, ut amoris emineret magnitudo; qui in forma Dei habitus inventus ut homo. Ille naturam captivam fecit, quippe factus in similitudinem sponsæ. Alter in Gertrude. Illa gratijs capta sponsi adipiscitur captivitatem; quia præ nimio amore facta in sponsi similitudinem. Hic est sponsæ splendor. Hanc celsitudinem ostendit Gertrudis amor.

Senec. Hecul. Oct. 4. 335.

14 Ingeniosissimè Paulus, cuius testimonio tanti amoris delicatè articulus. Semper enim (alloquitur Corinthios) nos qui vivimus, in mortem tradimur; ut &

Joan. 3. 16. Christus formam servum accipit, ut hominem liberaret.

Et pro Etiam.

(pro Etiam) vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Observa: Vivimus; & quia vivimus, in mortem tradimur. Singularis prorsum ratio vitæ, quæ vivificatur morte. Vivimus, quia sumus: non sumus quippe traditi morti, non vivimus. Vivimus, quia noster habitus: morimur, ne in vita simus, quod sumus. Ut sumus & non sumus, in vita quam habemus; quippe Christi vitæ vivimus, & dum non nobis vivimus morte viventes; vita Iesu manifestetur in nobis. Quo pacto manifestatur? Dum eius vitæ in vitali cursu vivitur. Ratio vitæ pender à corde, tamquam à vitæ radice: & nostra dicitur & non nostra, quia vivimus vitæ quia superiore spiritu respiramus, dum respiramus spiritu. Non nostra, quia Iesu traditur cor: nostra verò; quippe in nobis elucet vita Iesu: etenim ut constet mutua cordium excessiva dilectio; ille vivit in nobis & nos in illo. Plura diximus in rem, Tom. 3. T. 13. à n. 20. Vita nostra, & vita Iesu ostenditur nostra vitæ; ut ingenium amoris nimis clarifecit, ubi pectus vitali amore respirat: vitæque Iesu dicitur; nostra moritur (expresso summo amore proprio & alieno respiramine) quandoquidem ex se & sine se nostra dilectione vitæ; quippe vicissim commutata sunt corda.

At amor è geminis concinnat amantibus unum: Velle duobus idem, nolle duobus idem. 15 Complicemus ex testimonio Gertrudis insignia, ne plus iusto extendatur Didascalia; etenim Paulus profert nobiliora stemmata, dum Iesu notat signata. Fit cordium commutatio inchoat amore, ut vita Iesu manifestetur in nobis etiam in carne mortali. Si occulta Gertrudis vita, quomodo in eius occulta vita, vita Iesu manifesta? Vitam Iesu quinque vulnera ostendunt: inquit Simon à Casia, tract. de Cruc. Signa (anime sanctæ signacula) vitæ Iesu sunt quinque vulnera corporis; queis anime dignatè beneficio liberatis. Inpressio horum signatum, signum etiam amoris æstuantis cordium; & non solum tunc vita Iesu in illis imprimitur, sed etiam in gloriam manifestatur; igitur pater vitæ Iesu in mortali carne vivere, dum quinque eius clara vulnera videntur impressa cordi. Præterea. Vita Iesu in corde habetur & etiam manifestatur: in vita quoque mortali, instans glorificatio, ac fovens pectoris flammam; ex quo summa diligens felicitas. Promitt Paulus, quod pervenire valeat anima amore, vel dum est gemens præ

Uth. Van. Emblem. Amor. 3.

Quis Gertrudem vel in vita glorificat

Et mani felleur etiam in ipsa carne mortali.

Clarea

Castann d. 2. cap. 6. Ibid.

Moritur radijs amoris, Manna similit.

1. Cor. 4. 11.

Unde quomodo in Gertrude de in vita Iesu

Uth. Van. Emblem. Amor. 3.

Et mani felleur etiam in ipsa carne mortali.

Clarea

Castann d. 2. cap. 6. Ibid.

præ carnis: equidem huiusmodi vulnerum stemmata, patent celestis beatitudinis pignora; quæ efformar in ampliore dilectionem dilectio, etiam quando in terra vivit homo; ductus flagrantis pectoris flammis: quippequam declarat excessum amoris cordis; signata Iesu pro vita in pectore habere, sed habere impressa migs in ista carne mortali. Exprimat in mortali immortalitatem vitæ, excudi in corde gloriosa vulnera Sponsi. Per illa cognoscit (sedente in corde & altè charismate) inflammata radijs mens, quæ fuerit in carne vitæ Iesu; ut de claritate in claritatem transeat amor per speciem in miram transformationem, dum Iesu reddit imaginem: dicente Paulo, Iesu vitam tunc ostendit etiam in carne mortali; quoniam nequibat Gertrudis ostendere, vivere Iesu vitæ, ni haberet cordi vel in carne mortali Sponsi vulnera impressa. Protrahere Sponsum usque in patriam huiusmodi amoris manifestationem, eximie amantis ellet præ flamma cruciamenti. Totus eius honor in Gertrudis honorem. Ostendere per insignia cupiebat, quantum diligebat Sponsum, quin præ amore ampliore dilaret gratiam. Postior gratia, in corde Sponsæ figere signata; ut conformis imagini ellet, in quam primum oculos pupa levavit. Sategebat gratijs, non solum amori respondere, Gertrudem honorari; sed maximis elandodis dilectam honorificè insigne: at, cum imprimere vulnera, maior eluceat demonstratio amantis; patent in corde Gertrudis, & etiam fide atque singulari, eximie demonstratio; quoniam cunctis manifestata in ipsa carne mortali. Sic claret pectus. Ex vulneribus fit vulnus: fertque nimio & excessivo amore. Sola Redemptoris radiantis vulnera Christi, 16 Figura humanitatis sue plauditur à Sponso. Factum abundantè gratiæ, nimirum, per impressa cordi vulnera. Ab infantia eius (dicit etiam lib. 4. cap. 4.) hanc portavit, interque amplexus meos fovi, servans immaculatam. Ita tracta, ita ducta, & ita rapta, quousque in gaudium Sponsi feliciter introivit, cui cor suum amantè aperuit. Vulnerata charitate moritur, ut cœlum usque in æternum desponsata transferatur. Amore languit, & amoris ægritudine vitæ mortalis deficit. Allitit Sponsum, ex eius presentia vitæ defectibili maior icetus & vulnus. Haud quibat aliter mori, nisi Sponsi presentie cuspidè. Adhæsit Manna, in mortali vitæ fuit, ex immortelitate charitatis. Manna utique non deficit

Quis Gertrudem vel in vita glorificat

Clarea

Moritur radijs amoris, Manna similit.

Sapient. d.

nisi exiguo radio Solis. Sponsum in pectus traxit: cœlo, & modo in cœlum trahitur à Sponso; rapta etiam amore ex radio Solis iustitiæ. Cor eius pro monti ostendit Christus. Amor olim vellitus fulgebatur cordibus; ut observat Brixiar v. Amor. n. 16. Unde alia ad decoram vellem iam defuncta Gertrude: Ex Therese pectore. Sic rexitur speciositas vestis, uti videbimus ex argumento seq. sectionis. O præclaræ virgines!

Vos remanete, quibus facili Deus annuit auge. Sitis & in tuto semper amore pares.

DIDASCALIA IV.

Theresia, ut intensius amet, ignorat in amore quod cognoscit.

1. A Mor, ut dixi, Didasc. preced. n. ult. vellitus erat cordibus, traditis à sponsi in splendorem vellis, uti claruit in corde Gertrudis, quod portavit Christus in pectoris oratum; & Therese, quod ostentabat in titulum. At utriusque binum dumtaxat est cor: unde ergo Christi habitus totus ex cordibus est? Propter filias: innumere afferunt Regi virgines post eas. In Amoris ergo venustatem, corda in vestem & pulchrè quadrant ad unguem: igitur Christus in gloriosiore cultum, ornatur ad votum cordibus Sponsatum. Fiunt in Gertrude & Therese, duo Cherubim aurei, productiles ex parte Oraculi. Utrumque latus Propitiatorij regant, expandentes alas suas, & operientes Oraculum: respiciantque se mutuo, versis oculibus in Propitiatorium. Ex Rabbini præmissi, Tom. 6. T. 7. D. 3. n. 6. malleum, quo Cherubim in formam humanam producti, cavam habuisse imaginem cordis: quapropter ut dilatarentur, recipientibus quemlibet idem; remanebat cor impressum. He præclaræ illustrissimæ virgines, se mutuo respiciunt, alis operientes oraculum, versis vultibus in Sponsum Propitiatorium, in cuius imaginem transformantur, & itibus ut Cherubim producantur: equidem si sedulo explorantur & monita & ornamenta; nil aliud videtur nisi filiarum ardè devotorum corda. Nil mirum, si corda pro insignijs amoris induant, dum illarum virtutibus pulchritudo corda rapiat; ut illorum

Amoris habitus ex cordibus.

Propert. 1. 1. V. 31.

Imago amoris.

Exod. 25. 18.

Gertrudis & Therese sic cur Cherubim aurei & productiles

Habitus Cherubim Propitiatorij, cordium ornatus imagine.